



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 126. Foederatorum libellus ad Gubernatricem missus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

ret: Brederodus igitur nihil cunctatus, ^{Sæcul. XVI.} qui has pecunias exigent, nominat, ^{A.C. 1566.} & Philippum Marnixium a sancta Aldegunde quæstorem creat. Dein cum Augusto Saxonum Duce agendi munus in se suscepit Ludovicus Nassavius: cum vero ob bellum, quod in hoc Ducatu fervebat, prompti auxilii exigua Fœderatis spes superesset, hinc illi Bredam Oranii Principis urbem convenire cogebantur, ubi tria hæc potissimum fuere decreta. I. Egmontius Comes transmissis ad eum literis ad fœderatorum partes pertrahatur. II. Novo libello rerum gestarum ratio Gubernatrici reddatur. III, Interea tamen ea, qua possent, celeritate milites ex ipsis Belgarum Provinciis contrahantur.

§. CXXVI.

Fœderatorum libellus ad Gubernatricem missus.

Hoc decretum ut effectui darent O-^{Strad. &} ranius Princeps, Hochstratus Co-^{Inu. l. c.} mes, & Brederodus communi nomine epistolam ad Egmontium Comitem dedere, orantes, ut fœderi nomen suum adderet: hac enim nova conspiratione sociati pollicebantur, effecturos se, ut hæreticorum conciones toto Belgio conticescerent, quo facto, aut Regi oc-
casio-

Sæcul. XVI. cationem sese adepturos Belgium
A. C. 1566. cum exercitu adeundi, aut, si nihilomi-
 nus quamquam compositis rebus arma-
 tus in Provincias Rex pergeret, jure
 se operam, viresque conjuncturos, ut in-
 tercluso Regi aditu patriam haberent
 integram. Sub idem tempus Bre-
 derodus denuo supplicem fœdera-
 torum libellum oblaturus petiit a Gu-
 bernatrice facultatem, fidemque pu-
 blicam veniendi Bruxellas cum quadra-
 ginta equitum comitatu: cum autem
 id impetrare haud posset, ad Guberna-
 tricem mittere statuit illum libellum,
 in quo continebantur Nobilium hære-
 ticorum querelæ, eoquod adversus eos
 arma pararentur, etiamsi pro exarman-
 dis populis, sedandisque tumultibus
 multum laborassent: insuper ibidem in
 has prorumpent querelas: „nos ab
 „urbibus arcemur, atque in agris ob-
 „servamur, necnon ubique uti hostes
 „habemur, quæ omnia cum fidei, di-
 „gnitatisque nostræ, ac populorum tran-
 „quillitati adversentur, oramus vestram
 „Celsitudinem, atque obsecramus, ut e-
 „tiam, quemadmodum ob signatis literis
 „fidem ipsa suam obligaverat, ac fœde-
 „ratis securitatem asseruerat, populis
 „conciones, atque ea, quæ sunt concio-
 „nibus adnexa, permittat, nam his nos
 „fore contentos promisimus, si ipsa, uti
 „suppli-

„supplices rogamus, milites nuper con-
 „tractos dimiserit, & edicta pactis con-
 „traria revocaverit: hac enim ratione
 „adeo nos Regi, ejusque Celsitudini
 „erimus obstricti, ut fortunas nostras,
 „ac vitam ipsam utriusque dignitati
 „posthabituri simus: secus vero præ-
 „videmus animo magnam populorum
 „cædem, imminentemque patriæ rui-
 „nam, quam prædixisse, & quantum in
 „nobis fuerit, avertisse, satis nobis est:
 „interim quamvis hæc mala nobis
 „justam inferant afflictionem, id
 „saltem solatii nobis erit reliquum,
 „quod nulla nobis culpa imputari
 „potuerit.,

§. CXXVII.

Responsum ad hunc libellum.

Hoc postulatum Gubernatrix in fe-
 cretiori Senatu recitavit, paucis-
 que post diebus communicatum cum
 eisdem Senatoribus responsum Brede-
 rodo misit, in quo hæc exponebantur:
 „Mente non assequor, qui Nobiles sint
 „ii, quique populus Belgarum, quo-
 „rum nomine hæc literæ fuerunt missæ,
 „cum plerique eorum Nobilium, qui
 „Aprili mense supplicarunt, non modo
 „satisfactum jam sibi contestentur, sed
 „etiam quotidie operam suam Regi
 „oblatum veniant: porro Conciones a
 „me

Hist. Eccles. Tom. XLVII. P p

Sæcul. XVI.
 A. C. 1566.